

DE VER A MENSURA
RVM PONDERVMQ VE RAS
TIONE OPVS DE INTEGRO IN
stauratū a reuerendo in Christo patre,
Roberto Senali, diuina clementia
Episcopo Abrincensi, Theo-
logo doctore ordine, &
origine Parisiensi.

Aut doce, aut disce,
Aut patere prodeesse cupientem.

P A R I S I S

Apud Ioannem Roigny, sub Basilisco,
in via ad diuum Iacobum,

M. D. XXXV.

AD LECTOREM

SATISFACTIO.

n

EMO mihi vitio vertet, qui modo æquū se præstare velit & candidum, q[uod] a priore nō multos ante annos edita de liquidoru[m] mensuris obseruatione, hoc loco tota (quod aiunt) via recedam. Siquidem in ea quæ præcessit editione, insignem illum pictorē Apellem imitari me velle profitebar; quē dum sua vulgi iudicio opera expōneret, ita subscribere solitum referunt, Apelles hoc faciebat: quo apertissime significaret nondum manum extremam apposuisse operi. Ideq[ue] mihi contigisse ingenue profiteor. Quod enim tum suspicabar, accidit, futurum scilicet ut paulo altius repetito negocio, alia quādoq[ue] methodus appareret, qua progreendiendum certius foret & tutius ad colligendam veterum mēsurarum symmetriam: hoc interim agens, quod diuus Petrus in sua canonica de prophetarum scrutandis vaticinijs admonet, ita dicens: Bene facitis attēdentes propheticō sermoni, sicut lucernæ lucēti in caliginoso loco, donec oriantur dies. Quod ergo statuit sanctissimus ille apostolus in prophetarum studiosa lectione, illud ego in authorum decretis perscrutandis (quantum ad mensurarum rationem pertinebat) perficere atq[ue] implere conatus sum. Perlustratis enim Budę, Alciati, Georgij Agricolę, Leonardi Porcij, virorum in omni dicendi genere consummatorū, collatiscę

A ij

DE VERA MENSURA

RVM PONDERVM Q VE R A
tione, reuerendi in Christo patris, Roberti Se-
nalis, diuina clementia Abrincensis episcopi, do-
ctoris theologi, commentarij.



Visquis nostrarum cum extetis rationem mensu-
tarum totam semel adse-
qui desiderat, illum opos-
tet intelligere, vnciæ, sex-
tarij & amphoræ veram
capacitatē, & mensuram,
sed & vniciarum, sextario-
rum & amphorarū inter
se proportionē: quā si semel assecutus fuerit, nulla
iam supererit in reliquis difficultas. In primis autē
definienda est, deinde in partes secundā vncia.

Est ergo vncia, libræ seu ponderalis seu mensu-
ralis pars duodecima, quæ in mensuris oblongis &
quadratis pollex dicitur, ut alio loco monstratum
est. In cubicis autē, seu liquidorum aridorūq; capa-
cibus mensuris, quomodo se habeat ad pollicarem,
suo loco differetur. Deniq; vncia linealis est pars
duodecima pedaneæ longitudinis, quadrata vero
quadrati, & cubica cubi.


Iam superest illam in duas partes diuidere.
Huius medietas est semuncia.

Tertia pars vnciæ, gemina sextula, atq; etiā duell
la dicitur. Fannius de hac ita scripsit.
Sextula quum dupla est, veteres dixerunt duellam.

Quarta eius pars siciliquis vncie quartarius, ita

PONDERVM NOTVLAE.

I Sicus, seu semuncia dra-
chmarum quatuor.



MENSURA RARVM FIGVRARUM ORDINATAE

Palm*ū* Digitorum 4.

Doron Digitorum 5.

Dichas Digitorum 8.

Spithame Palmorum 3.

Pes pal. 4.

Cubitus seu equipes.

Gradus bipes.

Grellus simplex, bipes cū semisse.

Tripeda mensura.

Tetrapeda seu vlna negotiatoria telam dimetens.

Pentapeda grellus duplex.

Hexapeda seu cana spithamarū octo, alias braffa cubitorū 4. orgia, tolle, amplexus.

Heptapeda.

Octopeda.

Enneapeda seu cubitus geometricus mensura archē Noe cubitalis, seu iorgia acena calamus mensura vulgaris sex cubitorum.

Decapeda alias pertica seu radius addito palmo quadrat calamus mensuræ sanctuarij Ezechielis 40. alia est pertica pedum 25.

Endecapeda.

Diodecapeda.


Marcha
argentaria
drachmarū
[64.]

Liba negotia-
toria drachmarum
[96.]


Mina Alexādri-
na drachmarū
[128.]

Mina Attica me-
dia drachmarum
[160.]

Mina hebraica
drachmarum
[240.]



Mina Attica nego-
ciatoria drachma-
rum [180.]



Minæ Hebraicæ,
seu talentum He-
braicum Chicar.

Hic	tibi	pro	vero	police	finge	pedem.					
P	O	L	L	I	C	E	S	DV	O	DE	CIM.